Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36639
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



157
v

Alii uinea locarentur, Cũ enim uenerit
dn̄i uineae quid faciet colonis illis. &c. rtq,
Interrogat eos dn̄s non quod ignorat quid
responsuri sint sed ut ppria responsione
dãnentur, Locata ē autē nobis uinea
& locata ea condicione ut reddamus dn̄o
fructus temporib; suis, ut sciamus uno
quoq; tempore quid oporteat nos uel loqui
uel facere, dicit illis ihs, Num quã legistis
in scripturis lapidē quē reprobauerunt aedi
ficantes hic factus ē in caput anguli. a dn̄o
factum ē istud hoc & mirabile in oculis nr̄is
Uariis parabolis diuersisque sermonib;
res ēdē contexitur, quos eni supra
operarios & uinitores & agricolas ap
pellarat Nunc aedificatores & cementa
rios uocat, Unde dicit & apostolus,
Dei agricultura dei aedificatio estis,
Huic ergo cementarii quomodo uinitores
accipiunt uineã si accipiunt lapidem
quem uel in fundamentis ponant,